

*q. 24. à num. 9., q. 27. num. 33., q. 79. n.  
38 59., quæ requisita sunt probanda etiam  
in casu favorabili, puta dotis, vel pia &c.  
ad allegata per Gratian. discept. for. c. 911.  
num. 23.*

39 Casu autem, quod res fructifera emenda non sit de præsenti in promptu, vel occasio negotiationis, tunc incipiet debitor negligens teneri ad lucrum cessans à die, quo se offert occasio, quia tunc incipit lucrum cessare, *Valerus de differentiis utriusque fori Vers. Usura differentia 3. nu. 2., & 3.*, vel si spes inveniendi occasionem negotiandi sit proxima, itaut ad libitum Creditoris possit inveniri, ut in venditione, & emptione Censuum videtur practicari ad notata per Ciriac. *Controversia for. 368. num. 11. lib. 2., & 642. num. 30.*

40 Difficultas major est in probanda quantitate lucri cessantis, & dicitur difficilis probationis, & quasi impossibile illud probare certum, & indubitatum, ut post allegatos sentit Gratian. *discept. forens. c. 67. n. 10.*, & seqq., ne debitor condemnetur ad excessuum, & solum opinatum, ac speratum, unde non sufficiat arguere a solito, cum saepe solitum varietur, sive in lucro ex Negotiatione, sive ex fructibus terrarum, & similius, cum detur annus sterilis, & annus pinguis, neque sufficere probations per coniecturas, ut non aprobando *Surdum de aliment. tit. I. q. 45. nu. 42.*, & seqq., tenet idem Gratian. loco *Citato supra num. 11. 12. 13.*, ubi n. 9. dixerat, quod probatio interesset lucri cessantis non sufficit, quod sit verisimilis, & presumptiva, sed quod necessario concludat, & potissimum in negotiationibus, cum experientia doceat non raro mercatores non lucrari, sed damnum pati ex pluribus contingentibus neque argendum a pari cum aliis mercatoribus, & negotiatoribus, dum vides unum decoquere, alterum ditari, cui Fortuna magis arisit, vel ingenium astitit aptius, ideoque arbitrio prudentis Judicis taxandum, quantum lucrum cessaverit considerata spe, periculo, temporum, locorum, & personarum circumstantiis, *Coccin. decis. 882. num. 2. 3.*, & quia pendet a futuro eventu, ideoque difficilis est probations *Cerro decis. 42. num. 21.*

41 Non tamen taxandum est lucrum cessans  
**Creditori**, quantum debitor forte lucratus

est Usu pecuniæ debitæ toto tempore more, nam lucrum consideratur quantum futurum esset ex parte Creditoris, cum ex parte debitoris potuerit esse vel majus, vel minus, ut consideravit *Rota coram Coccino* *decis.* 1042. *nu. 3.*, tum etiam in lucrificans taxatione considerandum est periculum, incommodum, labor, expensæ &c. prout considerauit *Rota in dicta decis. Coc-*  
*cin. 882. nu. 3.*, *Gratian. discept. for. c. 987.*  
*num. 26.*

2 An in locis insignibus, in quibus quotidiana solet esse occasio investiendi pecuniam probanda sit occasio propinqua, seu praesens investiendi pecuniam ad effectum ut debitor negligens teneatur ad lucrum celsans, solet queri, & probandam esse resolutum Rota coram Serapbin: decis. 186. *ad finem*, neque sufficit probatio presumptiva, quæ resultat, ex qualitate loci *Gratian.* *discept. for. c. 244. n. m. 13., & 14.*

3 Quæ diximus de certa quantitate lucri  
cessantis probanda , non habent locum ;  
ubi ex aliquo capite ex se certa esset , prout  
contingere potest , si debitor teneretur In-  
vestire pecuniam ad favorem meum in tot  
locis montium , quorum annui redditus  
certi sunt , & taxati ex ipsa Montis Con-  
stitutione , vel Superiorum taxatione , tunc  
& eo casu constito de obligatione investi-  
endi sic , constat pariter quantum lucru  
cessaverit , neque consideratur , an Credi-  
tor sit solitus negotiari , vel an habuerit  
voluntatem destinatam investiendi eam pe-  
cuniam , neque aliud de requisitis supra po-  
sitis Pauli de Castro , quia ex obligatione  
sola investiendi pecuniam in re , quæ cer-  
tos , & taxatos fructus annuatim reddit ,  
cessat obligatio probandi prædicta requisita ,  
ut latius ostendit Gratian. discept. for.  
c. 579. per totum , ubi num. 3. , quod quando  
ex pecunia emenda est spesies , ad effec-  
tum lucri non consideratur pecunia , sed  
spesies , & judicatur sicut de spesie ad  
tex. in l. talis scriptura in fine , cum aliis ibi  
Alleg. ff. de leg. 1. , ubi etiam Gratian. nu.  
5. , quod hoc generaliter militat , quoties-  
cunque ita quis debet pecuniam , ut rem  
certam fructiferam emat , quia tunc non  
pecunia , sed res consideratur , & lucrum  
tantum est , quantum important fructus  
ejusdem rei emendæ , unde magis proprie  
debentur , ut fructus rei , non ut interes-

Pars Secunda. Artic. XIII

187

sc lucri cessantis

44 Prædicta autem habent locum , quando  
Debitor sit negligens per moram incursam ,  
vel quia habeat certum terminum , & diē  
certum , intra quem teneretur investire  
pecuniam , vel per Interpellationem fue-  
rit constitutus in Mora , vel si agatur fa-  
vore causæ piæ , fuerit in Mora irregulari  
prout notat idem Gratian . num . 9 .

45 Debitor obligatus in forma Cameræ , si  
re vera non possit solvere , ex deficiencia  
incupabili , attamen pro foro externo ex-  
communicatur , pro ut contingit quando-  
que in beneficiatis debitoribus pensionum  
decursarum , & non solutarum , quoad ,  
Deum non est excommunicatus ; licet pro  
foro externo debeat se gerere pro excom-  
municato , tum ad evitanda scandala , tum  
ne videatur ecclesiam contemnere , ad al-  
legata per *Dulphum de sepulturis cap. 5. nu.*  
25. , & latius dicam de negligentiis Pen-  
sionariorum , & pensionaristarum , & rati-  
o est quam in prima parte adduximus ,  
quia negligens non est , qui non potest im-  
plere , quod tenetur , sublata autem ne-  
gligentia ibi non est culpa , & conseque-  
tur ibi non est locus pœnæ , quæ dicit re-  
lationem ad culpam . *D. Thomas 2. 2. q. 108.*  
*art. 4. , & p. 2. q. 87. artic. 7. , & 8. , ac prop-*  
*terea pœna debet commensurari delicto l.*  
*sancimus C. de pœnis , sublato autem delicto*  
*non potest esse commensuratio .*

46 Debitor senex negligens solvere, per debitum Civile non carceratur, sed propter senectutem habet hoc privileg, ut teneatur in quantum facere potest, senex autem est qui in sexagesimo anno est, de quæ late Ridulfin. praxi p. 1. cap. 14. num. 346.

47 Debitor facti, qualiter, & quando sol-  
vendo interesse liberetur vide *Carleval de*  
*Judiciis lib. I. tit. 3. d. 3.*, *Ubi late* *misi*  
*cip. i. molo*tes* mifert*tes* ba mifdeb*

Moyses Vita hebræus, qui alternante fortunæ ludibrio, multo ære alieno gravatus repertus est, impetravit à Creditoribus Motitatoriam annorum octo ad solvenda Capitalia singulo anno ratam partem, obligans se in forma Cameræ extensa, sine ulla fructuum responsione, addito Juramento solemnii forma, more hebræorum, tam de observandis promissis, quam de non uten-

do Salvo conduçto.

Sed in dies deterioris conditionis factus in locum immunem se se recepit, & declaratus decoctus supplicavit Eminentissimum, & Reverendissimum D. Card. Ghigum Ferrariæ de latere legatum, pro Salvo conducto reportando, qui Eminentissimus rescripsit (*alli Capi Creditori con facoltà*) qui Creditorum Præsides nullo alio requisito, aut vocato concesserunt Salvum conductū juxta petitam.

48 Post paucos dies Bartolomeus ab An-  
ge-  
lo Creditor Moysis in mille aureorum ei-  
dem titulo sotietatis datorum , cum ref-  
ponsione sex pro centenaris , & pro fructi-  
bus decursis , instetit apud eundem Eminentissimum Legatum , Moysem capi , &  
in Carcerem detineri , donec fructus de  
cursos solveret , & pro Capitali caveret ,  
qui captus statim de nullitate Capturæ di-  
xit attento Salvo conducto , & causa Re-  
verendissimo Vicario Episcopali commissa ,  
Capturam nullam pronuntiavit , sed Bar-  
tolomeo per recursum instantे , mihi in  
secunda instantia commissa , validam Cap-  
turam dixi , recursoque habitō pro parte  
Moysis , iterum mihi causa revidenda com-  
missa , steti in Decretis , & mea Sententia  
fuit exequitioni demandata , quæ cum to-  
ta innitatur negligentiis , & omissionibus  
narrandorum per debitorem , placuit hic  
Votum decisum inferere .

Fuerunt discussi plures articuli super Cap-  
turam in Domo propria factam, super for-  
mam, & ordinem agendi, aliisque, que  
de facili cessarunt, ex quo fuerunt serva-  
ta disposita *in rubricis 23., & 24. libri 2. Sta-*  
*tutorum nostræ bujus Patriæ, aliisque &c.,*  
sed tota disputatio restricta fuit ad validi-  
tatem, vel invaliditatem impetrati Salvi  
conducti, ex qua nullitas, aut validitas  
Capturæ pendebat.

49 Pro Moysē plura afferebantur , prima ,  
quia Salvus conductus concessus à Principe ,  
vel cum facultate recepta à Principe , tam-  
quam Fides publica debet observari , etim-  
que violare nefas sit , ad allegata per Fari-  
nac . quæst . 29 . num . 2 . , itaut captus , sit  
statim dimittendus , & relaxandus idem  
Farinac . quæst . 6 . num . 27 . , etiam si Salvus  
Conductus effet nullus , & invalidus , prout  
refertur relaxatus quidam Christoforus Pil-  
lonus Mediolani captus , qui habebat lit-

teras gratiae, licet minus legitimas, alle-gato Claro, & Vulpello Criminal. Consil. 19. 12., & 13., & repetit Farinac. de Carceri-bus, & Carceribus, & Carceratis q. 29. num. 95., & Consil. 131. num. 6., quibus in locis ostendit, Salvum conductum esse omnino servandum, etiamsi non debuisset conce-di, vel concessus fuisset à Judice non ha-bente hanc facultatem, Salgad. de Protec-tione Regia p. 2. cap. 4. num. 49., & seqq.

50 Secunda, quia Salvus conductus conces-sus fuit de consensu Præsidum Creditorū, in quorum liberam facultatem Eminentissimus Princeps totum commiserat, unde isti consenserunt nomine cæterorum, tam-quam Præsides habentes ab aliis facultatē, quod autem semel placuit, amplius non potest displace-re reg. Jur. in 6., neque potest mu-tari voluntas in præjuditium tertii, neque erat necessarium, quod omnes Creditores convenient, idè Paris consil. 100. sub nu-3. lib. 3., dicit ad concedendam dilationem non esse necesse, ut omnes Creditores con-veniant.

51 Tertia, quia cum Salvus conductus fue-rit concessus juxta petita, & preces erant pro omnibus sibi præjudicialibus, debet la-tè interpretari, ut nullum præjuditium excludamus ad allegata per Bartol. in l. 1. Vers. quandoque ff. ad l. Julianam majest. Farinac. dicta quæst. 29. num. 39., quia est be-neficium Principis, & nū. 41., latè inter-prætandum, quantum preces patientur.

52 Quarta, quia non poterat obstatre non fuisse narratum contractum habere Jura-mentum adnexum de observandis Promisi-sis, neque narratum fuerit additum aliud. Juramentum, de non utendo Salvo con-ducto, tum quia hæc omnia Innotescebant Præsidentibus Creditorum, qui tamquam ab Eminentissimo Legato delegati habe-bant omnimodam facultatem necessariam,

tum quia de Juramento hebræorum nihil curandum stante tex. D. Pauli p. ad Corintb. cap. 5., De bis qui foris sunt nibil ad Nos, ex quibus sequitur, quod hoc Juramentū prout afficit animam, & attento Jure Ca-nonico non est habendum in consideratio-ne, ut firmat Marquard. de Judeis p. 2. c. 8. num. 6., sed ad summum considerandū, ut actus civilis civiliter obligans, cui obli-gationi Civili poterant Creditores renun-tiare, ut pote inductæ in sui favorem l. si-

quis in conscribendo C. de Pactis.

53 Tum quia dicebat ex Advocatis Unus, quod hoc Juramentum non poterat habe-re virtutem, eo quia non erat ab hebræo præstitum per verum Deum, nam cum Deus sit Trinus, & Unus, itaut Personarum Trinitas non minus ad Veritatem Dei pertineat, quam Unitas, & hebræi Trinitatem Personarum non credant, sed solum Unitatem, sequitur, quod Juramentum Moysis fuerit præstitum per Deum Unum, non autem Trinum, & consequenter per Deum non verum, idè non curandum.

54 Quod autem Creditores possent con-sentendo tacite, vel expressè Juramentum remittere concedendo Salvum conductum, non est dubitandum, quia erat præstitum in sui favorem, ut de sponsalibus Juratis posse remitti ab eo, vel ea in cuius favorem juratum est, tex us patens in cap. 2. de sponsal., ubi Abbas num. 6., Barboſa num. 6., Layman lib. 4. tract. 3. cap. 9. num. 5., Na-vara Summa cap. 22. num. 24., Sanchez. de Matr. lib. 1. Disp. 52. num. 6., & ad Deca-log. lib. 3. cap. 20. num. 4., Bonac. tom. 2. dis-put. 4. quæſt. 1. puncto 17. num. 2., Trulench. ad decal. lib. 2. cap. 1. dub. 21. num. 6.

55 Quinta, quia Juramentum præstitum à Moysè, tum de servando contractu, tum de non utendo Salvo conducto erat nimis indiscretum, irrationali, inconsideratè emissum, & de re sibi impossibili, nam stante, quod Moyses erat decoctus, & no-verat, se nullo modo posse capitale resti-tuere, irrationaliiter se obligavit, & ad impossibile, & nimis prodigè, ad traditta per Sotum de Iust., & Jure lib. 8. q. 2. art. 9. col. 4. ad medium.

56 Sexta, quia contractus Bartolomei ab Angelo, non comprehendebatur sub iis Ju-ramentis, seu ea Juramenta non se exten-debant ad contractum Bartolomei, quia Ju-ramenta fuerunt præstata in contractu, quando per Creditores fuit concessa moratoria octo annorum, at Bartolomæus, ut rem meliorem sibi faceret postea alterum contractum inivit cum Moysè addendo ti-tulum societatis, & cum lucro sex pro cen-tenario, & anno, & cum dilatione ad de-cem annos, unde per istam novationem totaliter recessum est à primo contractu, & consequenter ea Juramenta non se ex-tendebant ad hunc secundum contractum.

His

His tamen non obstantibus, quæ revera censi non obstatre, steti in Decretis de Nul-litate Salvii conductus, & validitate Cap-turæ.

57 Nam, quod primo loco dicitur fidem pu-plicam esse servandam, etiamsi Salvus con-ductus esset, nullus id verum est si defectus proveniret ex facto alieno, ut ex defectu Jurisdictionis in Judice concedente ad tex. in l. Barbarius ff. de officio Prætoris, secus si defectus proveniat ex parte imprestantis, quia non narravit narranda, nempe non narravit Moyses Juramentum adiectum de contractu servando, & non utendo Sal-vo conductu, unde cum nullitatis causa à se proveniat non potest de Principe, aut de Præsidibus Creditorum conqueri, sed sibi debet imputare, & in hoc sensu, ac distinctione loquuntur Doctores pro Moyse allegati dicentes, Salvum conductum etiā nullum servandum esse nullitate provenie-te ex facto alieno, Farinac. consil. 47. nu-3., quia non potest dici deceptus à fide pu-blica, sed à se ipso, & communissime sem-per tendum est, quod gratia Principis sub-reptiti, vel obreptiti imperata nulla sit, nec servanda Seraphin. decis. 601. num. 2., quæ autem sunt in pacto, tamquam non nota concedenti sunt omnino narranda, alias omissione causat nullitatem, ut latè fir-mat Ottobon. decis. 115. per totum, sub-reptio autem ex eo resultat, quia si fuisset narratum apposita fuisse duo Juramenta, vel Princeps non concessisset, vel difficilius, quia neque Pontifex pactis privatorum solet derogare cap. ex multiplo de Decimis, ubi pacta non narrata servanda sunt non ob-stante Papæ Privilegio, quia pacta adiiciunt nouum vinculum, quod spetiali indiget solu-tionem Gregor. decis. 529. num. 13., & 14. Ottobon. dicta decis. 115. num. xi., certum est enim, quod Juramentum auget promis-sionem, saltem intensivè Oldrad. Consil. 294. num. 3., Gail. lib. 2. Observat. 98. num. 13., Vers. non auget, Addent ad decis. 523. num. 45. tom. 3. p. 4. recentior.

58 Quod autem secundo loco dicitur de con-sensu Creditorum eorumque Præsidum, primo observandum est, quod omnes Creditores non fuerunt vocati, prout erat ne-cesse ad reg. Quod Omnes tangit ab omnibus debet approbari de reg. Jur. in 6., omnes enim Creditores tangebat hic Salvus conductus,

pro cujusque credito, & interesse, ideoque Stracba de Decoctoribus p. 6., quæ est de pa-tentis Conventis inter Creditores, & Deco-tores sub num. 19. dicit, in dilatatione con-cedenda oportere in Unum Creditores con-venire ad tex. in l. fin. C. qui bonis ced. pos. per illa verba (ut omnibus in Unum Coadunatis) & reprobat consilium Parisi 100., ex adver-so allegatum.

59 Secundò, vel prætenditur, quod Præsi-des Creditorum concederint Salvum con-ductum Jure Creditorum, vel Jure dele-gationis Principis.

Si Jure Creditorum excesserunt faculta-tem, quam à Creditoribus habebant, que erat solum de tuendis, & curandis bonis, ac Juribus Creditorum, nec de Jure ma-jorem habent facultatem tales Præsides, Salgad. labyrinth Credit. p. 1. cap. 73. num. 6. & seqq., ubi num. 38. 39. 40., quod tales præsides constituti in concursu Creditoru-habent restrictam potestate ad solam nu-dam administrationem, & Custodiā bo-norum, & Jurium, ubi nu. 53., quod quando agitur de aliquo Præjudicio Creditorum omnes, & singuli Creditores debent voca-ri, qui in casu nostro non fuerunt vocati.

60 Ideoque poterant quidem Præsides con-sentire pro omni suo Jure, & Interesse, non vero pro Jure, & Interesse Cæteroru-habent remittere, sicque poterant Juramentum remittere, quantum ad suum favorem respiciebat, non vero aliorum, Azor. Inst. Moral. p. 1. lib. xi. cap. 9. quæſt. 9. Vers. maximè, ubi de-bitum est Juramentum, etiamsi remitteret major pars, quia non potest præjudicare minori parti, Speculator in tit. de legatis 6. nunc ostendendum nu. 3., Decian. tract. Crimi-nal. Vol. 2. lib. 6. cap. 11. n. 53., Surd. Consil. 424. n. 7. lib. 3., Graſs. de except., except. 32. num. 29., & seqq., Everard. topica Juris à vi Juramenti num. 31., Nald. Summa V. Juramenti num. 15. Verso. Decimo, licet, & intrat reg., quod alteri per alterum non de-bet Iniqua conditio inferri l. Non debet, ubi Decius, ex l. quod nostrum ff. de reg. Jur.

61 Idè neque Summus Pontifex, in Præju-ditum Tertiū remittit Juramentum, abs-que Iusta, vel publica causa, Sot. de Iust. & Jure lib. 8. quæſt. 2. artic. 9. in principio, & in fine, Filiac. tract. 25. cap. 9. quæſt. 10. n. 279., Sanchez. lib. 1. de Matr. disput. 32., & ad Decalog. lib. 5. cap. 21. num. 2., Trulench. ad De-